



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

De libris, & scripturis ad Sanctum Officium Inquisitionis pertinentibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

modum libri; notato tamen suo loco numero testium, & foliorum illorum examinum in libris ordinarijs criminalibus, vel ciuilibus; vt natura examinum postulabit.

De indicibus varijs in libris ciuilibus & criminalibus.

Index librorum ciuiliū & criminalium, fiet singulis libris ordine alphabetico per materias, eum nomine ecclesie, vel personæ, & aduersarij, & foliorum: in margine verò notetur locus; intus etiam in principio processus, seu cause, sententiæ, & ponatur locus, & titulus cause; vt puta, Truilijs vsurarum. Forma indicis erit hæc infra.

Locatio bonorum ecclesie Sancti Martini facta Ni. fo. 400.

In ciuilibus secundus index alphabeticus, cum nomine tituli ecclesiarum, de quarum bonis, & iuribus facta est, hoc modo.

Index ecclesiarum, de quarum bonis & iuribus controuertitur in hoc libro.

In criminalibus verò secundus index condemnatorum, indicatorum, & Inquisitorum, & quod absoluti sint ab inquisitione, & processu.

In libro item sententiarum criminalium, præter indicem sententiarum, alius index particularis condemnatorum.

Tertius index in ciuilibus, & criminalibus, nomine testium, in initio libri testium.

Quartus similis in criminalibus initio libri informationum, de nominibus testium, examinatorum pro informatione.

De libris, & scripturis ad Sanctum

Officium Inquisitionis pertinentibus.

Habeat totidem libros pro causis Sancti Officij Inquisitionis, coram ordinario cognoscendis separatos ab alijs; sed confectis eadem ratione.

quinquepartita, et cum suis indicibus annexis, vsupra dictum est in alijs causis criminalibus; non seruatà distinctione vlla inter processus Ciuitatis, & Diocesis.

Habeat præterea librum actorum congregationum Sanctæ Inquisitionis; que describantur etiam cum agitur in eis de processu, cause pendente coram R. P. Inquisitore.

Habeat item librum, in quo hæc sint descripta.

Formula iuramenti procuratoribus dandi.

Item consultoribus.

Edictum proponendum quotannis.

Formula delegationis facultatum conficiendi processum in causis fidei.

Litteræ Apostolicæ, & aliæ facultates, priuilegiæ ad Sanctum Officium pertinentiæ.

Ordinationes quæcunque, & decreta, Romæ, vel hic facta, ad idem spectantia.

Habeat item indicem eorum, quibus data est facultas eiusmodi, & regestum electionis.

Regesta literarum super eo missarum ad varia loca.

Filiæ literarum ab vrbe missarum super eo.

Filiæ literarum à Diocesi missarum super eo.

Indicem nominum Reuerendi Inquisitoris, & Vicarij, fiscalisque, & Notarij illius, & Consultorum Sancti Officij.

In serinio recondito libros prohibitos ex causa processuum asseruandos.

Indices omnium singularum scripturarum super auctoritate.

Indices commorantium in locis suspectis ex Diocesi.

Informationum, & testimoniorum quæ ab illis exhibentur, ficias.

De libro professionum fidei.

Habeat librum auctoritate publica

munitionis professionis fidei Regularium, & secularium, etiam laicorum

professorum, & Iudi magistorum cuiuscunq; facultatis, vel artis liberalis quomodocunq;

ex Tridentino Concilio, & ex bulla Pij V. & Cæcilij Provincialibus.

De